

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1957

149 - 1309 März 16: Bischof Gerhard von Konstanz beauftrag den Prediger-Provinzial in Deutschland, das Magdalenenkloster zu Freiburg wieder in den Orden aufzunehmen

[urn:nbn:de:bsz:31-70578](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-70578)

tes pastorem^e despectui etiam^d hominibus habeamur. Nostram igitur culpam et culpe miseriam att[e]ndentes plangimus et redire ad ovile debitum affectantes vestre dominacionis pedibus provolute vestram clemenciam humiliter imploramus et lacrimabiliter petimus, quatinus nostris calamitatibus miser-

5 corditer compaciendo auctoritate vestra ordinaria nobis dignemini providere et, qui nunc est, priori provinciali fideliter velitis scribere, ut nostris demerito ignoscens nos ad ordinem et ordinis habitum reassumat et recolligat tamquam ordinis sui membra, maxime cum iam omni regimine careamus et, quamdiu extra ordinem predictum vagamur tamquam apostate, lesis semper conscien-

10 ciis possimus nequaquam animis quietari nec ipse pater noster provincialis bona consciencia hoc poterit recusare, cum pro nostris excessibus parate simus ad omnem ordinis disciplinam. Induat igitur vestra sanctitas viscera pietatis, ut, quod omnes affectu unanimi postulamus a vobis in^e nostre salutis augmentum et meritorum vestrorum cumulum, misericorditer reportemus. Datum in Fri-

15 burgo in crastino sancte Agate virgines.

149

1309 März 16

Bischof Gerhard von Konstanz beauftragt den Prediger-Provinzial in Deutschland, das Magdalenenkloster zu Freiburg wieder in den Orden aufzunehmen.

20 *Or. Stadtarchiv: XVI A, Reuerinnen. Siegel an roten Seidenstreifen: oval (68/43). Der Bischof, auf der Kathedra sitzend, die Rechte zum Segen erhebend, in der Linken den Stab; im Baldachin, dessen Spitze das Kreuz der Umschrift bildet, ein Adler¹. ☚ S: GERHARDI: DEI: GRACIA: GPI: CONSTANCIER.*

25 *Freib.DA. 2, 75 f. — Freib.DA. 2, 66 f. mit Bemerkungen zur Sache; REp Const. 2, 68 n. 3499.*

Geschrieben wohl nach kurialem Vorbild von anderer Hand wie n. 36. Das Siegel auf der Rückseite ohne Fingereindruck oder Kerbe.

Gerhardus dei gratia Constanciensis episcopus honorabili et religioso viro fratri . . . priori provinciali fratrum ordinis predicatorum per Theutonium salutem in domino sempiternam. Cum olim venerabilis pater et dominus Johannes miseracione divina M.^a Thuschulanus^b episcopus sedis apostolice legatus . . . priori provinciali Theutonie evidentibus motus rationibus monasteria sororum sancte Marie Magdalene in Theutonia cum plenaria auctoritate gubernanda commiserit et ille gubernacionem illam assumpserit¹, . . . priorissa et sorores

35 148 ^c letzter Buchstabe s gelöscht ^d etiam fraglich, Kürzung für et mit Balken darüber ^e in über getilgtem ad

149 ^a sic, unverständlich und wohl zu tilgen ^b a verbessert aus i
 40 ¹ Wappen der Herren von Belvoir, des Geschlechtes, dem der Bischof entstammte. Vgl. K. J. Heilig, Zur Geschichte des Konstanzer Bischofs Gerhard von Bevar: ZGORh. NF. 42, 117 f. nebst Beilage I. Diese Urkunde mit ihrem Siegel ist Heilig entgangen.

monasterii sancte Marie Magdalene apud Friburgum nostre dyocesis habitum et ordinem sororum sub cura fratrum predicatorum omnes concorditer petierunt et obtinuerunt, quem professe et a magistro ordinis predicatorum velo professionis omnes cum multa devocione velate et per tria generalia capitula² secundum ordinis vestri consuetudinem recepte multis annis in eodem ordine⁵ laudabiliter viventes in spiritualibus et temporalibus quamplurimum profecerunt, prout nobis innotuit testimonio fidedignorum. Postmodum multis elapsis annis ordinem et habitum predictum suadente dyabolo perperam abiecerunt³. Nunc vero peccatum suum recognoscentes ad male dimissum habitum reassumendum omni conatu laborant, nostrum super hoc tanquam oves errantes et¹⁰ omni regimine carentes officium implorantes et a vobis reassumi et gubernari humiliter supplicantes. Quapropter cum de predictis non solum per litteras et nuncios predicti monasterii, sed et per delicti nobis . . . prepositi Argentinensis ecclesie⁴ nostre ecclesie canonici, cui de veritate predictorum inquisitionem commisimus, litteras patentes et multorum aliorum fidedignorum relacione et¹⁵ assercione constiterit, presertim cum tam publice factum notorium sit in locis illis et nobis tam gravem iacturam animarum non liceat conniventibus oculis pertransire, predictarum fletibus et multis instanciis inclinati vestre discretioni duximus presentibus supplicandum, quatenus predictas . . . priorissam et conventum antedicti monasterii ad regimen vestrum reassumatis, quarum²⁰ gubernacionem, ut in ipso monasterio instituatis et destituatis ac ordinatis in spiritualibus et temporalibus, prout per vos et alios fratres ordinis vestri in aliis monasteriis cure vestre commissis facere consuevistis, vobis et successoribus vestris, qui pro tempore fuerint, auctoritate ordinaria tenore presentium duximus committendum salvis in omnibus privilegiis et indulgenciis sedis apostolice²⁵ dictis sororibus ac ordini ipsarum ab ipsa sede concessis. Datum et actum anno domini M^oCCC^o nono XVII^o kalendas aprilis indictione VII^a.

150

Freiburg 1309 März 19

Götfridus de Lôtschibach civis Friburgensis *tut kund*, daß er mit Willen seiner rechtmäßigen Ehefrau Katharina seine Güter in Amparingen ac deprope, nämlich³⁰ agrum dictum der Getterler habentem in mensura unum iugerum cum dimidio, agrum dictum der Gere habentem duo iugera in mensura, agrum situm in Krotzinger banne extendentem se ad unum iugerum, redditus unius modii siliginis mensure friburgensis cedentes de domo et area quondam . . . dicti Súngeller ac ortum situm prope fabricam in Amperingen contiguum strate publice ibidem,³⁵ die er sämtlich in emphiteosim von der Meisterin und dem Konvent des Klosters in Sulzberg um einen Jahreszins von 2 Mutt Roggen Freiburger Maßes hatte, mit Zustimmung derselben donacione inter vivos wegen Gott und zum Heile seiner

149 ² Vgl. Bd. 2 n. 37, 72 und 203. ³ Vgl. Bd. 2 n. 74 und 111. Über den dritten Fall existiert keine Urkunde mehr. ⁴ Gebhard von Freiburg 40